



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Transeuntibus ab una religione in aliam. Tit. 8

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

rogari potest. Nam licet terminus à Lege datus, nequeat mutari per iudicem; secus tamen est, quando datur à Lege ministerio Judicis. ut in d. c. ex publico. ubi Gloss. verb. intra duorum. ubi Cardin. qu. 5. Abb. num. 11. Tabiena, Matrimonium. 3. qu. 3. num. 4. Brunell. d. tract. concl. 30. num. 2. Navar. sum. cap. 16. num. 27. Sanch. d. disp. 24. num. 12. Non tamen debet ab eo bimestre Judex facile recedere. Card. Abb. Sanch. dd. locis.

Datur hoc tempus ad deliberandum de religionis ingressu; ad 21 profitendum verò annus integer. Qui à Judice coarctari, nisi ex magna causa, nequit. 1. Quia non tantum datur in favorem novitii, ut monasterii experiat auctoritates, sed & monasterii, ut experiat novitii mores; c. ad Apostolicam. de regular. 2. Quia, si jure licet sponso ingredi religionem, debet cum juris privilegio experiendi integro anno, licere; 3. Quia non licet absque textu expresso ab antiquo jure recedere. Ergò cum eo jure concederetur annus probationis; d. c. ad Apostolicam. & can. Gonsalvus. 17. qu. 2. nec d. c. ex publico, contrarium definitur expressè; sed tantum dicat debere intra trimestre transire ad religionem, quod de transitu per professionem, vel per habitus novitiorum assumptionem, potest intelligi; non debet intelligi de professione ut illi servetur jus antiquum. Hostiens. in sum. h. tit. num. 11. & in d. c. ex publico. verb. intra duorum. & ibi Anton. num. 12. Armilla verb. Divortium. num. 5. Ledesma de matrim. dub. 64. Sanch. d. loco num. 4.

TITULUS IIX.

De Transeuntibus ab una Religione in aliam.

SUMMARIA.

- 1. Continuatio. *se adstrictus.*
- 2. Religionem ingredi volens nulli regulae debet esse *aliquando.*
- 3. Laxatur dicta regula *aliquando.*
- 4. *4. 57*

vinus  
personis  
et Ecclesiam  
IV  
32

4. *Si nova sit arctior. Et quatenus observanda.* 18. *Insuper Superioris respectandum responsum.*
5. *Quibus hic transitus permittatur.* 19. *Qui si non respondeat quid tum.*
6. *Quid specialiter facere debeant Moniales.* 20. *In transitu religionis tantum consideratur arctitudo.*
7. *Pralati.* 21. *Unde.*
8. *Quid de Religiosis per privilegium inhibitis.* 22. *Quando ad regulam laxiorem transire licet religiosis. Et quis tunc licentiam concedere possit.*
9. *Quid de Mendicantibus, & Jesuitis.* 23. *Propter quas causas.*
10. *Benedictinis & Cisterciensibus.* 24. *Quid servandum cum transitus petitur ab ordine equali ad equalium.*
11. *Minoribus observantia.* 25. *Translatus de non debet edere professionem.*
12. *Capuccinis.* 26. *Postremum occupatum locum.*
13. *Minimis.* 27. *Translati bona acquiruntur.*
14. *Discalceatis.* 28. *manent prioris Monasterii; post, posterioriter.*
15. *Reformatis Ordinis B. M. de Mercede.*
16. *Aliis ad strictiorem ordinem transire volentibus Religiosis licentiam dat Inferior Pralatus.*
17. *Quae petenda necessario. Et quare.*

- 28. Sed hæc obtinent quando transit valide & voluntarie.
- 29. Bona tempore Novitatus obveniētia cedunt Monasterio priori.
- 30. Quid, si quis transiret ex Monasterio bonorum capace ad incapax.
- 31. Recipi debet transiens sub conditione perpetuo manendi.
- 32. Quid si non volens transire non recipiatur.

**H**is, quæ duobus præcedentibus titulis diximus, liquet, præcipue duo communitè, præter ea quæ in nonnullis regulis attenduntur, requiri in eo qui intrare vult Religionem aliquam; Videlicet, ut ab omni servitute & obsequio sit liber & solutus; & ut liberum habeat mentis & voluntatis arbitrium, & animi discretionem.

Præterea, de jure communi, requiritur, ut nulli regula jam sit adscriptus; si sit, non potest desertâ suâ, quam professus, ad aliam indiffinè transire. Est enim sacris Canonibus constitutum, ne unquam Monacho liceat de monasterio in monasterium in jacturam vel injuriam sui ordinis transmigrare temerè; si migraverit, redire tenetur ad primum. *can. Monachum. 20. qu. 4. c. Johannes 5. c. licet. 18. de regular.*

Quia tamen, ubi Spiritus Dei est, ibi est libertas, & qui Spiritu Dei aguntur, non sunt sub Lege, quæ non est posita justo, ut loquitur *Papam d. c. licet. 18. professo nonnunquam ad aliam transire Regulam permittitur, quo tutius suam operetur salutem; factâ tamen de arctiore, aut laxiore, aut equali regula, distinctione.*

Ad arctiorem regulam facillè permittitur transitus, modo id fiat ex zelo melioris vitæ cum discretionis virtute petita, licet non obtentâ, *S. Congreg. sub die 13. Septemb. 1583. prius licentiâ Superioris, tum ad evitandam contumaciam, tum ut ille advertat, an transitus istius finis sit fundatus in charitate, an verò in temeritate & fucato quodam melioris æque arctioris vitæ colore. can. statuimus. 19. qu. 3. d. c. licet. 18. Navar. commento. 4. de Regular. num. 10. Menoch. de arbitr. casu. 42 l. num.*

rvinus  
Personis  
et Ecclesiis

IV

32

37. cum seqq. Fr. Emman. tom. 3. qu. regular. qu. 52. art. 3. Barthol. d. Faustio. in thes. Religios. lib. 5. quæst. 323. cum seqq. Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 41. dub. 13. Ricciul. de jure person. lib. 8. cap. 4. ex num. 19. aliisq. relati per Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 42. num. 42.

- 5 Quod etiam locum habet 1. In Conversis & Oblatis, Zapian Auth. ingressi. cap. 9. num. 57. Fr. Eman. tom. 3. quæst. regul. 21. art. 2. quæst. 52. art. 7. Ricciul. d. lib. 8. cap. 4. num. 31. vers. ceterum. Sanchez in præcepta Decalogi; cap. 7. num. 9. tom. 2. lib. 6. 2. Monialibus Mandos. in signature gratia, verb. licentia. col. 9. vers. que dicta sunt Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. moniales. in fine. Fr. Emanuel. tom. 3. quæst. 52. art. 6. Sanchez in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. num. 6. Barthol. à S. Faustio. thes. Relig. lib. 5. qu. 327. Ricciul. d. lib. 3. cap. 5. à princ. Modò, secundum S. Congregationem in Nanneten. 1617. Januarii 1615. & in Redonen. 31. Januarii 1617. Monialis antequam exeat, aliud monasterium sit paratum, in quo recipiatur benevolentem Dotem consuetam persolvat: Redeundi ad prius monasterium spem si auferatur; Fiat translatio comitantibus matronis consanguineis: ista via absque diverticulo, ac nullibi pernoctetur, nisi causâ hospitii, quo apud personas honestas: Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3. disposit. qu. 1. num. 25. & 26. Stecin. in sum. Jur. Canon. part. 1. tit. 15. §. 10.
- 7 3. In Prælatibus, adeoque ipsis Generalibus; immediatè Pontifici subditis; ejus petita tantum licentia. Sanchez. d. cap. 7. num. 8. Abbas. in licet. num. 13. Anchar. num. 8. notab. 11. Barbof. d. loc. num. 47. & 48.
4. In tota domo religiosa: fac. c. recolectes. 3. de statu Monachor. Fr. Emanuel. quæst. regular. tom. 3. qu. 5. art. 3. Sanchez. d. tom. 2. lib. 6. cap. num. 7. Ricciul. d. lib. 8. cap. 4. à num. 25. Nec repugnat c. un. §. communitatis. in fin. de relig. domib. in 6. Quia loquitur §. fin. in totali translatione, se ac loca sua totaliter transferat: at nos loquimur de sola translatione personarum. Sanchez. d. num. 7. & ex eo Barbof. d. loc. num. 48. & 49.
5. In Religiosis habentibus privilegium, non à sua religione ad aliam transire liceat: Navar. consil. 52. num. 1. de regular. Cuch. lib. 3. Inst. jur. Canon. major. tit. 1. de Regular. num. 132. Barthol. de Vecchis. in praxi v. v. v. in admitt. ad relig. statum novit. disp. 15. dub. 3. num. 2. Nihil privilegium inhibeat transitum non obtentâ Prælati licentiâ; quæ cum ob-

Cor  
De  
et Bene  
G

nenda: *sec. Fr. Eman. d. tom. qu. 52. art. 20. Barth. de Vecchis. d. dub. 3. num. 3. Sanch. d. cap. 7. num. 10. Miranda in man. Pralator. tom. 1. qu. 31. art. 12.*

Sine *Papae licentia* expressa, Mendicantes ad ordinem alium monachalem praeter Carthusianorum, transire non possunt: *Extrav. vi. in ambrosio. de Regular. Sacra Congreg. negot. Episc. & Regul. propos. de mense Martii. 1596. ad Gener. Carthus. Hieron. Roderic. in compend. quest. regular. resolut. 123. num. 70. Miranda in man. pralat. tom. 1. qu. 31. art. 8. concl. 1. Tambur. d. tom. 3. disp. 1. qu. 2. num. 7. & 12. Quod & de Societate Jesu cautum: constit. Pii IV. & Pii V. & Gregorii XIII. Compend. Privil. Societ. Jesu verb. Apostata. num. 9. & 10. Strein. d. loco. num. 3. Sanch. d. cap. 7. num. 28. & 31. Roderic. d. resolut. 123. num. 71. Rucicul. de Jure personar. extra grem. Eccles. existent. lib. 8. cap. 8. num. 2. Monachi Benedictini & Cistercienses nequidem ad Carthusiam sine Cardinalis generalis seu Praesidentis, aut minoris partis Visitorum Congregationis licentia: *privil. Eugenii IV. apud compend. Cisterciens. tit. fugitivi. §. 1. & 2. Barbof. jur. Canon. univ. lib. 1. cap. 42. num. 56. Nec sine Papae licentia Minores observantiae ad Minimos, & e converso: Pius VII. confirm. Gregorius XIII. locis citat. à Capuccino in addit. ad compend. tit. recipere. §. pariter hic. & §. item in anno. Tambur. d. tom. 3. disp. 7. qu. 2. num. 20. Nec Capuccini ad quemcunque alium Ordinem, nisi de Ministri generalis dicti Ordinis licentia: Urbanus IIX. in const. 19. incipit. Injuncti. 9. Augusti 1628. Tambur. d. disp. 7. qu. 2. num. 11. Nec Minimi ad ullos alios Ordines sub poena excommunicationis: *ex constit. Leo. xi. ex Roderic. in compendio Quest. Regul. resolut. 123. num. 77. voss. Item Leo. & Julii II. incipit. Sacer Ordo. §. 4. apud Laurent. de Peirina de privileg. Regular. const. 5. illius Pontif. Nec Discalceati S. Augustini ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis; sive ad quemcunque alium laxiorem Ordinem, sine Papae licentia: Clemens IIX. constit. Incipit. Apostolica. §. 10. sub die 11. Februarii 1602. Tambur. d. loc. num. 5. Nec Reformati Ordinis B. Mariae de Mercede redemptionis captivorum ad Calceatos sine licentia Papae. Urbanus IIX. const. 77. §. 2. & 3. incipit. Injuncti. 19. Jan. 1628. Tambur. d. loc. num. 6.***

In aliis Religiosis ad strictiorem Ordinem transire volentibus licentiam

vinus  
personis  
Ecclesiarum

IV

32

tiam concedere potest *Prelatus inferior* & *Conventualis monasterii* *Monach. in c. cum singula. num. 4. de prabend. in 6. & ibi Franch. s. prohibetur. num. 3. Butrius in c. non est de regular. ubi Abb. num. 6. Rom. in praxi benefic. tit. de translat. Monach. num. 5. Fr. Emanuel. d. tom. quod. Regul. qu. 59. art. 3. Barthol. de Vecchis. d. disp. 15. dub. 2. num. 13. Sanch. d. lib. 6. cap. 7. num. 59. 60. 62. 63. Imò, ni peccare velit mortaliter & puniri, Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. qu. 342. Miranda d. qu. 3. art. 6. debet. Barthol. de Vecchis d. disp. 15. dub. 2. num. 15. Barthol. d. lib. 6. cap. num. 63.*

17 *Licentia ea petenda, necessario, c. licet. 18. ibi, subditus cum militate & puritate debet transendi licentiam postulare. de regular. & trans. eunt. ad relig. & ibi Abbas num. 10. & quidem ante transitum, Abb. in c. licet. num. 11. Azor. inst. Moral. d. lib. 12. cap. 14. qu. 6. in fine. Barthol. d. S. Fausto d. lib. 5. qu. 331. Alioqui non petens & se transferens, graviter peccat, Navar. cons. 59. in fin. in antiq. alias cons. 52. in novis. tit. regularib. Sanch. d. cap. 7. num. 33. indubite translatus dicitur, Gloss. intelligimus. de atate & qualit. ordinand. Butrius in d. c. licet. num. 15. Anchoran. num. 12. Abbas num. 2. Ricciul. d. cap. 8. num. 17. ad primum monasterium revocatur: Azor. Inst. Moral. lib. 12. cap. 14. qu. 6. Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. qu. 341. Sanch. d. cap. 7. num. 95.*

18 Post petitam licentiam, non statim fas est ad strictiorem transire religionem; sed Superioris est, debito tempore, expectandum responsum. sec. Butr. num. 21. Abb. num. 8. Anchor. num. 5. notab. 7. & num. 10. post. 1. Joan. Andr. Innoc. Zabarell. in d. c. licet. Sanch. d. cap. 7. num. 31.

19 Qui si petitae licentiae nec annuat; nec respondeat, nec ejus datae causam exprimat, sibi imputet, licetque subdito ad aliam religionem transire: d. c. licet. 18. & ibi Innoc. num. 2. & 4. Hostiens. num. 15. & 16. Joan. Andr. num. 7. & 9. & 10. Zabarel. num. 3. quast. 8. & 14. Butr. num. 6. Abbas num. 9. Anchor. num. 5. notab. 7.

20 In hoc transitu non attenditur, utrum religio sit in ordine ad finem perfectior & fructuosior; Ut existimant S. Thom. 2. 2. qu. 189. art. 8. Cucus in Inst. Major. lib. 3. tit. 1. num. 136. Navar. comment. 4. Regular. num. 2. & 3. sed tantum an sit arctior. d. c. licet. in fine. cap. 1. caus. 20. qu. 4. ad c. licet. Joan. Andr. num. 8. art. fin. Butr. num. 7. Anchor.

Cor  
De  
et Beric  
G

num. 6. Zabarel. qu. ult. Abbas in fine. Henric. num. 16. Fr. Emmanuel. d. tom. & quest. 52. Lessius de Just. & jure lib. 2. cap. 41. dub. 13. num. 100. Bonacina de clausura. qu. 2. punct. 9. S. 3. diffie. 3. sub num. 2. Porcell. in dub. Regular. verb. religionis transitus. num. 2. Barbof. d. lib. & cap. num. 73.

An autem strictior Religio sit, consideranda est non solum ex 2<sup>a</sup> primæva & originali institutione, sed & constitutionibus & regulis postea editis c. sane. 10. de regular. & transeunt. & ibi Innoc. Joan. Andr. num. 2. & 3. Ancharan. num. 3. & 4. Butr. num. 4. & 7. Abbas. num. 4. Ricciul. d. lib. 8. cap. 6. vers. 3. Sanch. d. cap. 7. num. 23. Fr. Eman. d. qu. 52. art. 5. Imò & ex præsentia observantia: d. c. sane. 10. de regular. & transeunt. & ibi Innoc. Fr. Emman. d. art. Navar. d. commen. n. 4. de Regular. num. 1. Lessius d. dubio. 13. num. 101. Azor. Inst. moral. lib. 12. cap. 13. qu. 3. & 8. Tambur. d. tom. 3. disp. 7. qu. 4. num. 4. Ricciul. d. c. 6. num. 6.

Ad laxiorem regulam nulla legitimâ causa existente, Menoch. de 2<sup>a</sup> arbit. casu 421. num. 6. Miranda in d. cor. Pralat. tom. 1. qu. 31. art. 5. concl. 3. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 434. num. 6. Sanch. d. cap. 7. num. 67. transigere non licet, sine expressâ permissione Papæ. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 19. prope fin. Navar. conf. 56. num. 3. tit. de Regular. Sayr. in florib. decis. eod. tit. decis. 15. Azor. d. lib. cap. 14. vers. in Concilio Trident. Riccius in collect. decis. part. 3. collect. 521. Joan. à Cruce de statu religion. lib. 1. cap. 7. dub. 3. Navar. in lucerna Regular. verbo. translatio. num. 8.

Existente causâ legitimâ etiam Prælatus, Papa inferior, eam licentiam indulgere potest; licet facilis ad Papam sit aditus. Bald. consil. 111. lib. 1. Tuschus. verb. Translatio. conclus. 365. Mirand. d. qu. 31. art. 6. conclus. 3. Sanch. d. cap. 7. num. 53. Barthol. à S. Fausto. d. lib. 5. qu. 345. Strein. d. loco. num. 3. Barbof. d. loco. num. 78. Quod autem dicitur in Extrav. Viam ambrosâ de Regular. & Concilio Tridentino. d. sess. & cap. ut nemo Regularis, cujuscunque facultatis vigore, transferatur ad ordinem laxiorem, intelligitur id non faciendum absque rationabili causâ, ejusque discussione, ut fiebat olim. Strein. d. loco. & num. vers. quartò! Navar. d. conf. & num. Fr. Emman. d. sum. tom. 2.

Q99 cap.

vinus  
personis  
Ecclesiarum

IV  
32



cap. 6. num. 8. Less. d. loco. num. 103. & 104. Sanch. d. cap. 7. num. 51.  
Tambur. d. disput. 7. qu. 5. num. 7. vers. nec obstat similiter.

Hinc Congregatio Cardinalium addit, non permittendum esse  
transitum, nisi cognita causa, & vitæ ac morum ratione perpendi-  
tadque ex approbatione Capituli. Azor. d. loco. qu. 8. Diana part. 1.  
tract. 2. resolut. 42. Strain. d. loco.

23 Causæ mutandi religionem esse possunt variæ: 1. Ut valeat  
aus debilitas: 2. Natura aversio aut horror: 3. Odium, vel  
dia cohabitantium: 4. Necessitas parentum cui subveniendum:  
Superiorum mala, indigna tractatio: 6. Infamatio, ex qua perpetua  
mœror: 7. Vitæ sanctioris desiderium. Fr. Eman. d. tom. 3. qu. 1.  
art. 9. Azor. d. lib. 12. cap. 14. qu. 8. vers. quares. Roderic. in d. compo-  
qu. regul. resolut. 123. num. 62. Suar. 4. de Relig. lib. 3. cap. 9. & 11. Less.  
d. loco. num. 102. Diana part. 3. tr. 2. de resolut. 43. Sanch. d. cap. 7. num.  
62. Strain. d. loco. num. 2. Tamburin. d. tom. 3. disp. 7. qu. 5. num. 8. cum  
sup.

Cum transitus petitur ab Ordine equali, ad alium equalem, causa  
24 itidem est consideranda, an adsit legitima, nec ne; Hoc casus  
impetranda est venia à Papa; Abbas in c. non est dubium. 7. de  
7. regular. & transeunt ad religionem. Strain. d. loco. num. 3. vers. secundo  
Sylvest. in sum. verb. Religio. 4. qu. 2. Cucch. lib. 3. qu. Justiniane. tit. non  
132. Sanch. d. cap. 7. num. 42. Miranda. d. qu. art. 5. conclus. 2. in fine  
Non illo; sed eam non tantum mediati; sed etiam immediati; ut Gene-  
diani, Priores, alique Prelati Conventuales, de consilio & consensu  
sui conventus, præstare possunt. Abbas d. loco. Strain. d. loco. Miranda.  
d. art. 5. conclus. 2. Barbol. à S. Fausto. d. lib. 5. qu. 346. Barbol. d. loco.  
chis. d. disp. 15. dub. 4. Barbof. d. loco. num. 83.

25 Translatus ad alium Ordinem, in eo debet, præmissis probatis  
nis tempore, professionem edere de novo. Concil. Trident. d. sess. 25.  
cap. 16. Barbof. in d. c. licet. Rebuff. in tract. nomin. quest. 114. num. 114.  
Fr. Eman. d. tom. 3. qu. 17. art. 8. Azor. d. cap. 14. qu. 13. & 15. Less.  
loco cap. 4. dub. 13. à Cuccha in comment. ad can. 11. num. 21. disp. 4.  
Tambur. d. tom. 3. disp. 7. qu. 6. num. 1. Bartol. à S. Fausto. d. lib. 3. qu.  
371. Miranda. d. qu. 31. art. 21. Cum enim Ordinis novi, bonis  
privilegiis frui velit, ea præstare debet, quæ eum possunt reddere cap-  
cui

cem. *Strein. d. loco. num. 6.* Licet fit translatus, ut Prælatus fiat. *Navar. consl. 3. & 61. de Regular. Fr. Eman. d. tom. qu. 52. art. 26. Sanch. d. cap. 7. num. 85. Barthol. à S. Fausto. d. lib. 5. qu. 372.*

Debet translatus in religionem aliam, in ea locum postremum in choro & Capitulo occupare, nè aliis prælatus in superbiam & laqueum diaboli incidat; *Strein. d. loco. num. 6.* Nisi translatus sit Prælatus & renuntiet prælationem; quia tum finito officio sedebit in primo loco post Prælatum, in pristina dignitatis memoriam; Nisi sint alii, qui honorem gesserunt majorem. *Navar. consl. 60. in antiq. sub tit. de regular. & alias consl. 11. sub tit. de major. & obed. Fr. Eman. d. tom. 3. qu. 52. tit. 29. Sanch. d. cap. 7. num. 86.*

Licet mutato monasterio, bona omnia, ad prius monasterium simul cum ingresso delata, sive ea donaverit expressè, sive tacitè, scilicet in consequentiam; atque etiam post acquisita manent penes illud, cum semel ei legitimè acquisita, non sint sine causa, ex parte solius donantis, auferenda. Nec facit, quod secundo monasterio erit onerosus; sibi enim hoc imputer quod eum recipiat. Adquisita autem post translationem cedent monasterio secundo, ad quod quis translatus, cuius jam factus membrum. Nec obstat, quod spes succedenti sit quaesita priori monasterio; nam ea non potest dici antè mortem perfectè adquisita, & fundata in persona Monachi; cum ea ambulat, atque ita ad secundum transit monasterium. *Azor. d. lib. 12. cap. 15. qu. 3. Navar. in can. non dicaris. 12. qu. 2. à num. 31. Ranchin. part. 1. decis. 160. Molin. de Just. tract. 2. lib. 140. vers. quando religiosus. Peruvain l. si curatorem. verb. hunc contractum. num. 31. C. de in integr. restit. minor. Fr. Eman. tom. 2. qu. 78. art. 2. & tom. 3. qu. 5. art. 5. & tom. 4. sum. II. 2. num. 7. Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. qu. 365. Bened. Egid. in repet. l. Tit. p. 1. num. 50. ff. de cond. & demonstr. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 13. & 14. Roderic. d. compend. resol. 123. num. 82.*

Sed hæc ita obtinent; *Primo*, si validè transeat; Quia invalida translatio, ut non subjicit personam secundo monasterio, ita nec bona, que proinde debentur priori monasterio. *Secundo*, si voluntariè; Nam si fiat translatio in penam ad agendam poenitentiam, debentur monasterio secundo alimenta ex fructibus honorum, ad prius monasterium

vinus  
personis  
Ecclesiarum

IV

32

rium allarorum, nè alias ei translatio sit gravis, cum isti imputari possint nihil eo casu, quo compellitur monachum recipere: *can. de lapsis. 1. 6. qu. 3. Molina. de just. & jur. tract. 2. disp. 140. vers. Quando religiosus* Azor. d. lib. 12. cap. 15. qu. 3. *Zaf. in com. ad tit. de regular. & translat. num. 35. proprietates remanebit in priori monasterio; cum qua consuetudine dabitur usus fructus, mortuo vel restituto religioso.* *Corvin. in c. 1. num. 20. de restam. Molin. d. loc. Fr. Emanan. d. tom. 3. qu. 5. art. 5. & in Jan. tom. 22. cap. 31. in fin. Sanch. d. tom. 2. num. 46.*

29 Bona tempore Novitatus obvenientia cedunt priori monasterio cuius adhuc membrum est translatus; qui necdum translatus perfectus ad posterius dici potest ante factam debitam professionem, ut merito cedant bona. *Navar. de regular. comm. 4. num. 11. Zaf. d. loc. num. 30.*

30 Quodsi transferit quis ex monasterio bonorum capaci ad bonorum incapax; aliqui volunt succedere monasterium prius, propter jus ei semel acquisitum, quod per professionem in secundo incapace non fuit sublatum: Est tamen probabilius, bona post professionem in secundo, pertinere ad heredes legitimos, ad quos pervenissent, si religionem non intrasset, & ab intestato fuisset mortuus. Ratio est: Quod per professionem in secundo, desinat omnino esse religiosus in priore, ejusve membrum, sit autem membrum secundi eique subiectus: quod cum dominii sit incapax, ad legitimos heredes devolvantur bona necesse est, tanquam ad proximiores, per aliquem praecedentem non impeditos. Nam si aliquis foret, esset monasterium prius, ratione proximioris ingressi, qui, cum, uti dictum, illud deseruerit, non potest habere jus quod prætendat. *Sacra Congreg. in Neritonensis die 22. Jan. 1628. Zaf. d. loco. num. 37. Tambur. d. disput. 7. qu. 6. num. 7. vers. idem Barbosa.*

31 Professus autem in religione incapaci, & ad capacem translatus, recuperat bona post translationem sibi delata ad utilitatem secundae religionis capacis. *Nicol. de Ubaldis in success. ab intest. Cleric. part. 1. num. 3. vers. & idem fuisset. Angel. in sum. verb. religio. 4. sub num. 10. vers. & confirmatur. Sanch. in d. tom. 2. lib. 7. cap. 32. num. 22. Tambur. disput. 7. qu. 6. num. 8.*

Col  
De  
et Bene  
G

Ordinis cujuscunque Prælati aut Superiores non possunt aliquem<sup>32</sup> alterius ordinis ad habitum & professionem admittere, nisi ut in ordine ipso ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia perpetuò maneat. *Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 11. Navar. d. comment. 4. de Regular. num. 11. & 12. & 38. cum seqq. Fr. Emman. d. tom. 3. qu. 5. art. 4. Sanch. d. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 82. cum seq.*

Potest tamen eam standi extra n. onasterium licentiam concedere translati, quam licitè concedere posset ejus religionis alumnis. *Navar. d. comment. 4. de regular. 15. Sanch. d. cap. 7. num. 84.*

Qui non recipiuntur in alio ordine, vel ante professionem dimit<sup>33</sup> untur, redire & recipi debent à priori ordine; quia non sunt dimissi simpliciter, sed sub conditione, *Ut alium ingrediantur ordinem.* Non recedentes habentur pro Apostatis. *Sylvest. in sum. verbo Religio. vers. 4. qu. 5. Miranda d. tom. 1. qu. 31. art. 18. Sanch. d. lib. 6. cap. 7. num. 80. Srein. d. §. 10. num. 8.*

### TITULUS IX.

## Quo pacto fiant Religiosi seu Monachi; ubi de Professione.

### SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Quo pacto fiant Religiosi.   | 4. Professio quid.                                 |
| 2. Quando paterna devotione.  | 5. Quotuplex.                                      |
| 3. Filius impubes religioni à parentibus oblati, an major factus penitere potest. | 6. Quando fit Expressa.                            |
|   | 7. An intra probationis tempus nulla debet recipi. |
|   | 8. Mendicantium Ordines excipiuntur.               |

299 3

9. Ta-

vinus  
Personis  
et Ecclesiarum

IV.

32